Quelle: https://manuscripta.at/?ID=38125
Copyright: Salzburg, Erzabtei St. Peter, Benediktinerstift, Bibliothek



sed mensura uniusquibus a terra altior absit.
Item uidebitur quod costinae habent in aequalitate per longitudinem domus cubitorum triginta.
In ascensu autem siue descensu. qui est in orientali et occidentali latere domus cubitorum quinorum.
Ideoque eadem latera cliuis summitas cortinarum nequaquam ad terram usque pertingit. sed quinis cubitis habere terra altior, unde necesse fit ut quini illi cubiti costinarum quicessanab: parietib: superstantes inducantur ad inuicem in orientali simul et occidentali latere. sibique mutuo iungantur, ac sic fiat ut undique domum costinis excepto uno in latere tectum cubitorum contegant. haec de cortinis.
Porro sagatrices habebant cubitorum longitudinis: quaternorum latitudinis, et quia undecim erant coniunctae ad inuicem per latera quadraginta quattuor cubitorum implebant, Pone ergo et has in domo. et quia concordat longitudo sagorum cum funiculo quo domum metiebatur Interantuersum fit ut summitas eorum ad terram usque pertingat;
Habebunt enim denos cubitos aequalitatis inter parietes. denos aeque ascensionis siue descen